Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30488
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift



et in domo dei noluit habere contemptum qui
in domo propria non nisi contemptibiles esse po
tuerunt Augustinus Deus erit totus eum man
ducabis ne esurias eum manducabis ne sitias
possidebit te totum integrum ut totum possideas
Idem Periclitatur castitas in delicijs equitas
in iudicijs veritas in multiloquio karitas in
hoc seculo nequam Idem Qui tenet mulierem
infidelem quasi qui apprehendat scorpionem
Fornicatio mulierum in excellentia oculorum
et in palpebris illius agnoscitur Augustin
Nemo in ecclesia plus nocet quam qui pernicose
agens nomine non ordinem sacerdotis habet
Gre Infirmitas gratius sobriam animam facit Idem
De testibus acceptio munerum preuaricatio est veritatis
Diues muneribus cito corrumpit iudicem Pau
per autem nondum habet quod offerat non
solum audiri contempnitur sed contra veritatem
opprimitur Sequitur confessio generalis
uel meditatio de peccatis tenuissis et bonis
obmissis
O Creator et domine celi et terre
maris et omnis creature sancte fortis ter
ribilis omnipotens iustus et rectus miserator
et misericors domine deus Ego indignus miser
et infelix confiteor et recognosco me fuisse et
esse vilissimum et nephandissimum pectorem
et tam enormiter oculos tue maiestatis of
fendisse quod non sum dignus vocari filius
tuus sed nec infimus seruus tuus nec quidam
ut terra sustineat calcaneum pedum meorum
quantominus ut offeram tibi aliquod sacrifi
cium laudis uel gratiarum actiones Si enim na
turalibus ramis preclarissimis spiritibus lucifero